

De Servii, carminum Vergilianorum
interpretis, commentario pleniore qui
dicitur. Partic. I.

Scripsit

Joannes Kirchner.



Beilage zum Jahresbericht des Königlichen Gymnasiums zu Brieg.
Ostern 1910.

1910. Progr. No. 263.

Brieg.
Buchdruckerei von C. L. Albrecht.
1910.

960
41 (1910)



2636



Vetus illud certamen, quod est de Servio trunko et Servio interpolato*), omnibus viris doctis, qui litterarum atque artium antiquarum studiis se imbuerunt, notissimum est. Nimirum illi, quibus nos utimur, Servii commentarii quem praecipuum locum teneant in intellegendis Vergilii carminibus ut prudentissimi philologi professi sunt, ita uno fere ore miseram condicionem eorum scholiorum, quae nunc Servii nomen pae se ferunt, deploraverunt. Nam usque ad annum 1600 Servii commentarii non nisi eam, quae nunc decurtata sive trunca appellatur, recensionem secuti prelum reliquerunt, quales a Roberto Stephano Parisiis a. 1532 optime editos habemus. Anno 1600 Servii commentarii e bibliotheca Petri Danielis Parisiis apud Sebastianum Nivellum "longe auctiones" prodierunt. Quae editio praeter ea scholia, quae Servii esse certissimis testimoniis constat, alia multa continet, quae ante illud tempus non erant edita. Quae additamenta Daniel quamquam a Servii nomine aliena esse intellegebat, a Servianis tamen non distinxit, quam neglegentiam qui post eum Servii commentarios ediderunt imitati sunt omnes praeter Petrum Burmannum et Albertum Lionem, quorum alter Servii commentarios una cum variis lectionibus Vergiliana editioni, quam instituit Amstelodami a. 1746, subiunxit, alter Gottingae a. 1826 separatis edidit. Ii enim ea additamenta, quae Daniel ex suis libris adiecit, ab iis quae Servii codices praebent, uncis quadratis seiunxerunt. Quaerentibus, unde Daniel illa, quibus Servii commentarios fecit ampliores, sumpserit, paucis respondet in praefatione, qua Danielem praecipue hisce quinque codicibus usum esse docemur: Lemovicensi (= cod. Voss. hist. et litt. saec. X?); Floriacensi (cuius prior pars nunc bibl. Bern. 172, altera pars nunc bibl. nat. Paris. 7929 est = F Thil.), Autissiodorensi (nunc Bernensi 167 = G Thil.), Turonensi (nunc Bernensi 165 = T Thil.), Fuldensi (nunc Cassellano = C Thil.). Quorum codicum habitum, fortunam, rationes G. Thilo (praef. p. XLVIII—LXV) accuratissime descriptis. Daniel igitur quinque quos appellavit codicibus usus est; neque tamen, ut editionem conficeret, ei contigit, cum praematura morte abriperetur. Iis, qui Danielis editionem ad finem perduxerunt, accessit praeterea Jacobo Bongarsio intercedente apographon alterius codicis Fuldensis, a Marco Velsero et Caspario Scipio neglegentissime confectum. Omnes editiones, quae Danielis editionem secutae sunt, haud ita magni pretii sunt, quas omnes Teuber in dissertatione, quam de Servii commentariis scripsit (de Mauri Servii grammatici vita et commentariis part. I, Vratislav. 1843, p. 28—36) accurate enumerat. Mirum sane est, quod inde a Danielis aetate usque ad nostram aetatem nemo virorum doctorum in codices, quos Daniel adhibuit, investigandos acrius inquisivit. Optime igitur fecit Thilo, vir — ut ita dicam — Servianissimus, quod cum Franciae atque Italiae bibliothecas perscrutaretur, id potissimum egit, ut optimos Servii decurtati, in primis autem eos codices, quibus Daniel usus est, indagaret. Quos omnes repperit. Qui non solum eos codices

*) Ad hanc quaestionem recte iudicandam conf. 1) G. Thilo, in: *Rhein. Mus.* XIV, p. 535—550, et XV, p. 119—149; *Beiträge zur Kritik der Scholiasten des Vergilius.* — 2) G. Thilo: *Servii comen. Verg. Aen. lib. I, 189—200, Progr. Naumburg, 1856.* — 3) G. Thilo: *Servii grammatici in Vergilii Georg. lib. I, 1—100 commentarius. Nachricht des Kgl. Pädag. zu Halle, 1866.* — 4) G. Thilo: *Quaestiones Servianae. Nachricht über das Kgl. Pädag. zu Halle, 1867.* — 5) *Servii grammatici qui feruntur in Vergilii carmina commentarii recens.* G. Thilo et H. Hagen, Lips. apud Teubnerum, vol. I 1881, vol. II ibid. 1884, vol. III fasc. 1 ibid. 1887, in primis praefationem, quam Thilo editioni praemisit.

quibus Daniel usus est, sed etiam sexaginta fere codicum, quibus Servius decurtatus continetur, optimos descripsit¹⁾ et Danieli assensus contra Scaligerum, qui Servii commentariorum tantum cadaver monachorum barbarie ac spurcitia contaminatum superesse dixit, non truncos esse Servii libros, sed Danielis codices, in primis Cassellanum, interpolatos esse omnibus persuasit. Exstitit autem Otto Ribbeckius,²⁾ qui cum in capite octavo prolegomenon ad Vergilii editionem scriptorum de Vergilii obtrectatoribus disputaret, nonnullis Servii interpolati et Macrobii locis collatis magnam inter utrumque similitudinem intercedere animadvertisit. Unde Ribbeckius (l. l. p. 104. 105) coniecit Macrobium sua ex pleniore Servii commentario, quem integrum legisset, hausisse, eius autem commentarii antiquam faciem turpiter "vel eis locis, quibus res ipsae plenius quam alibi servatae sunt", deformatam atque confusam esse. At Ribbeckius rem parum acu tetigit. Cogitavit igitur de Servio pleniore atque auctiore. Alter Thilo sensit, qui cum in quaestionibus Servianis (Halle 1867) Servium a Ribbeckio defendet, si Ribbeckii sententia vera esset, quae de commentariorum Servio vulgo tributorum origine atque compositione et tradita et probabiliter conjectata essent, ea omnia esse reicienda rectissime vidi (l. l. p. 4). Quare Thilo, ut sententiam de Servii commentariis ab ipso potissimum propositam argumentis testimoniisque defendet et confirmaret, Servio scriptores aliquot, quorum libri usque ad nostram aetatem servati essent, ut cum Servianis commentariis comparari possent, usos esse (l. l. p. 5) optime monuit, inter quos Isidori origines et mythographorum commenta, a Maio edita, esse. Atque ut dictis fidem faceret, permulta Isidori et Servii exempla contulit, quibus scriptores illos Servii commentariis ita comparatis, ut nunc eos haberemus in libris manu scriptis, qui Servii nomen prae se ferrent et vacarent Danielis additamentis, usos esse comprobaretur. Mythographis autem cum Servianis comparandis Thilo supersedens lectores (l. l. p. 6) ad Georgium Henricum Bodium delegavit, qui Mai mythographorum Vaticanorum editionem Cellis 1834 repetendam curavit, qua in editione quae e Servii commentariis hausta essent diligenter significavit. Neque tamen haec attulisse Thilo satis habuit, sed cum accuratius in eam rem inquireret, disputationem ita instituit, ut primum, utrum ea quae Servium faceret Macrobius docentem in ipsis Servii commentariis repeterent necne, exquireret, deinde tertium Saturnaliorum librum compararet et cum Servii et cum interpolatoris scholiis, denique quaereret, num in reliquis Macrobiani libri partibus inessent, quae e Servii commentariis hausta esse viderentur. Quas tres quaestiones cum inde a p. 8 usque ad p. 49 disputatione, ut solebat, subtilissima accuratissimaque proligavisset et ad exitum adduxisset, non modo Ribbeckii de Servianis commentariis prolatam sententiam totam refutavit, verum etiam illas quasi fundamentum quoddam posuit, cui conjecturas quasdam superstrueret, quibus probatis de quaestionibus nonnullis ad Servium eiusque commentarios pertinentibus rectius iudicari posset. Atque haec omnia enarrare longum est; nobis satis sit commemorasse ea, quae Thilo l. l. p. 16 pronuntiat "ne cognita quidem fuisse Servii commenta Saturnaliorum scriptori" et quae in fine totius disputationis posuit (l. l. p. 53): "illud certum et Macrobii libris exploratum Danielis additamenta tantum non omnia ex antiquorum interpretum commentariis petita esse: qui utrum diligenter ab interpolatoribus transcripti sint necne, ubi Macrobii aliorumve testimonia non possunt conferri, ex forma scholii et habitu ipso iudicare coacti sumus. neglegentiam autem interpolatorum cum in eo maxime positam esse probaverimus, quod testimonia ab auctoribus suis laudata omissis scriptorum nominibus repeterent, librorum de antiquitate populi Romani in primis rebusque grammaticis scriptorum permultas reliquias in additamentis illis latere manifestum est." In eadam sententia repetitis iisdem argumentis persistit Thilo in praefatione editionis sua (p. XXII—XXV) neque Hugonis Link³⁾ aut Georgii Wissowa⁴⁾, virorum doctissimorum Vratislaviensium, commentationibus quas de Macrobii Saturnaliorum fontibus scripserunt, commotus est, ut illis concederet ea quae plenioribus libris cum Saturnalibus communia essent, ex his in illos translata esse. Itaque Thilo, ut id semel atque iterum dicam, eorum sententias reiecit,

¹⁾ Praef. ed. Serv. p. XLVIII—LXVI et p. LXXVII—XCIII.

²⁾ Prolegomena critica ad P. Vergili Maronis opera maiora scripsit Otto Ribbeck, Lips., Teubner 1866, p. 101—105.

³⁾ H. Linke, quaestiones de Macrobii Saturnaliorum fontibus, Breslau 1880.

⁴⁾ G. Wissowa, de Macrobii Saturnal. fontibus capita III. Breslau 1880.

"qui genuinum Servii commentarium deperditum, Danielinum autem eius similiorem esse sibi persuaserunt, quam vulgatum" (praef. p. LXVI).

Evidem cum haec Thilonem secutus exponerem, id potissimum egi, ut pauca quaedam, quae ipse invenisse mihi videor, in medium proferrem. Atque diu quidem dubius eram, litteris ea mandarem necne; nimis enim exigua esse illa intellegebam. At meam disputationem ad Thilonis de interpolatore sive de interpolatoribus sententiam propositam fortasse aliqua ex parte confirmandam valere ratus publici iuris facere constitui.¹⁾ Sed ut brevi comprehendam, etiam mihi aliunde profecto interpolatoris — quo nomine brevitatis causa auctorem sive auctores omnium quae a Burmanno atque Lione uncis inclusae sunt, in Thilonis editione inclinatis litteris impressae sunt,²⁾ interpolationum significari velim — vestigia innotuerunt. Qua in re mihi idem quod Thiloni accedit, cum mathematicorum in modum, qui in analysi id quod demonstrandum est verum esse ponentes argumentis inde petitis synthesis struunt, interpolatoris additamenta a Servii scholiis seiuncta tractaverim. Nam cum Servii commentarios iterum atque iterum perlegerem, in eo maxime offendebam, quod locis illis interpolatis saepius scriptores horridae vetustatis plenis librorum titulis appellatis laudari animadvertebam, id quod in Servio decurtato qui dicitur rarius mihi occurrit. Quorum locorum magna pars eo insignis est, quod a vocibus illis decantatis: "ut veteres dicunt, secundum veteres, veteri (sic!) more" aliis initium capiunt, deinde quod de rebus sacris atque de antiquitatibus populi Romani et de vocum significatione, etymo usu scriptorum probato agunt. Sed quid multa? exempla loquantur.

[Aen. X, 329] interpolator "septem numero" idem esse quod "septem" observat, cum etiam "veteres" ita enuntiaverint, ut "Lucilius in IIII." etc. — [A. I, 16] agitur de "colere" vocis usu etc.; additur: "quia veteres colere dicebant" etc. Catur "Plautus in Poenulo". — [Aen. I, 52] dicitur "vasto" et pro desolato et pro magno a "veteribus" positum esse; auctores adferuntur "Ennius Iphigenia" et "Clodius commentariorum". — A.I, 108 narrat Servius genuinus saxa quaedam inter Africam et Sardiniam paululum e mari eminere, ab Italib "aras" appellatas, quod ibi Afri et Romani foedere facto utriusque imperii fines esse voluerint. His adduntur scholia quaedam uncinis inclusa et inter se et a Servio diversa, quae tribus auctoribus deberi inde auguror, quod enuntiata illa "alii dicunt" "quidam tradunt" "alii vocant" ibi deinceps leguntur. Laudantur autem "Claudius Quadrigarius I. Annalium" et "Varro de ora maritima lib. I." — [A. V, 40] de significatione verbi "gratari" agitur. "Pacuvius in Hermione" et "Accius Pelopidis" eo verbo usi esse dicuntur. — [A. XI, 169] haec habentur: "Alii" "dignum" legunt iuxta "veteres" ab eo quod est "digno". "Calvus" et "Pacuvius in Hermione" (cf. supra in "Hermione") in testimonium vocantur. Servius ipse nullam eius verbi mentionem facit. — [Georg. I, 266] de "fiscina" voce disseritur. Laudantur "Lucilius in quinto" "Novius in Andromeda" "Plautus in Mercatore". — [A. XII, 121] Quaeritur, cur et unde dicantur "pilata agmina". Dicitur autem pilata esse fixa et stabilia, cuius rei testes adferuntur "Ennius saturarum II." "Hostius belli Histrici primo"³⁾ "Asellio historiarum"

1) Thilo, vir de me optime meritus, cuius memoriam pio gratoque animo semper prosepar, abhinc annos prope triginta, cum non ignoraret me in laudandi rationem et Serviani et interpolati commentarii propriam inquisivisse, me ea quae invenissem cum doctis hominibus communicaturum esse sperabat (cf. Praef. p. XXXIV). At morbo gravi aliquis angustiis quominus rem tum incohatam absolverem impeditus sum. Huc accedit, quod per aliquot annos totus alii studii deditus eram.

2) Etiam in hac dissertatione omnes loci plenioris commentarii uncis inclusi sunt, quod hypothetae non satis multae litterae inclinatae praesto sunt.

3) Teuffelius et Schwabe, viri illustrissimi, cum de Hostio disseruerunt (Geschichte der Röm. Literatur⁴ Leipzig. 1882, § 130, 1 S. 198) haec protulerunt: „Für die Ansicht, dass hiernach Hostius der früheste Fortsetzer des Ennius ist, spricht auch die Aufführung desselben bei Serv. a. O. nach Ennius und vor Asellio“ etc. Quae argumentatio minime cadit in Servii rationes. Nam et Servium et interpolatorem, cui Hostii memoria debetur, ordinem quendam in scriptoribus laudandis non observasse hi loci sunt testes. G. I, 43 interpolator Attam poetam perverso ordine post "Nigidium in sphæra graecanica" et "Varronem epistolicarum quaestionum" posuit. A. I, 392 idem interpolator "Terentium in Phormione" post "Sallustium in Jugurtha" laudavit. Quid? quod ipse Servius scriptores nullo ordine appellat? Legimus enim A. XI, 316 "Unde sequenda est potius Livii, Sisenae et Catonis auctoritas" et Aen. I, 5 "Troiam autem dici, quam primum fecit Aeneas, et Livius in primo et Cato in originibus testantur". Luculentissimum vero interpolator praebet exemplum A. I, 421, ubi Sallustium ante Cassium Heminam laudavit. Ex quibus scriptorum aetatem argumentis ex ordine, quo Servius vel interpolator eos laudaverint, petitis constitui vel coniectari non posse manifestissime appetat.

„Scaurus de vita sua“ „Varro rerum humanarum“. Ecce habemus lectionis satis antiquae exempla permulta adlatis titulis atque, si ad Ennium Hostiumque respexeris, librorum numeris. — Ne longus sim, lectorem ad nonnullos locos interpolatos delegasse satis habeo, qui uncis inclusi de grammaticis potissimum rebus agunt quique „veteres“ vocem usurpant allatis vetustiorum auctorum exemplis, cf. [A. I, 233. 543; III, 333; IV, 267. 424. 608. IX, 486; XI, 160]. Praeterea conferas quaeso [A. I, 392. 657. II, 424. 502; IV, 244; X, 231; XII, 603. 605; Buc. VI, 76; Georg. I, 43], alios multos locos. — Qui loci cum imprimis in argumento grammatico versentur, ad communem fontem, sive antiquorum scholiastarum commentarios, qui perierunt, sive ad congeriem aliquam grammaticam, fortasse Nonii more dispositam, videntur revocandi. Sed ut brevibus dicam, quid inde mihi lucri ficerim, cum haec omnia perlustrassem, aliter scriptores a Servio decurtato qui dicitur, aliter ab auctore locorum intra uncinos positorum laudari iusta mihi suspicio est orta. Atque id quod fore suspicatus eram, verum esse cognovi. Nam cum nonnullorum scriptorum testimonia adlata per totum Servium persecutus contulisse, magnum inter Servium eiusque interpolatorem citandi discrepantiam intercedere intellexi. Atque primum quidem vidi multorum in primis vetustiorum scriptorum testimonia a Servii memoria prorsus aliena esse et nisi locis intra uncinos positis non laudari.

1. Afranius ne uno quidem loco nobis apud Servium obvius est; interpolator autem poetam bis solo nomine [cf. A. XI, 373. Bucol. IX, 23] semel [A. IV, 194] addito titulo: „Afranius neraria“ laudat. Ribbeckius¹⁾ hunc locum in solo Bernensi codice 172 exstare neque quidquam discrepantiae enotatum esse me docuit. Eodem teste Vossius „Cinerario“ emendavit, probavit G. Hermannus (opusc. V. p. 278); sed Ritschelius (opusc. phil. II, p. 328 adnot.) „neraria“ ex „contraria“ corruptum esse suspicatus, nisi forte interpolamenta ex margine inrepserint, sic emendandum esse putat: „Afranius enim contraria (in contraria) posuit“ etc. Praeterea cf. Ribbeck. I. l. p. 217 frgm. VIII; p. 219 frgm. XV. XVI.

2. Alter cuius opera Servio plane ignota fuisse ex eius silentio concludi licet atque debet, Naevius est. Interpolatis tantum locis auctoritas eius laudatur fabulae titulo non citato [A. I, 213]. Hoc loco Thilo „Nevius“ in textum recepit, sed ibidem adnotat: „in oratione Naevi“. Fabula additur: [Georg. I, 266] „Naevius in Andromacha“. Hunc locum Ribbeckius (Scaen. Rom. poesis fragm.; I: trag. Rom. fragm.² Lips. 1871, p. 6) cum Bothio et Munkio Novio, non Naevio tribuit. Idem fecit Thilo. Et saepius quidem Naevii et Novii nomina confundi Teuffelius (Gesch. d. Röm. Lit.⁴ Leipz. 1882, § 151, 1 p. 235) docet. Reliqua Naevii fragmenta, quae apud Servium interpolatum leguntur, Vahlenius²⁾ et Pfauius³⁾ in primum et secundum belli Punici librum distribuerunt. Titulus autem hisce locis omititur: [A. I, 273; III, 10 ubi Pfauius l. l. p. 22 nescio qua permotus causa primum tantum versum a Servio integrum laudatum esse, ceteros mutilatos et truncatos esse putat; A. IV, 9. 267.] Titulus additur: [A. I, 170 „Naevius bello Punico“; I, 198 „N. belli Punici libro“; II, 797 „N. belli Punici primo“], cf. Vahlen. I. l. p. 10, frgm. VI; [IX, 712 „N. in primo belli Punici“]. Multos possumus adferre alios scriptores, quorum locis interpolatis saepius, apud Servium decurtatum plane nulla fit mentio. Quorum ex numero hosce contuli:

3. Abas: [A. IX, 262 ab Abante, qui Troica scripsit]. — 4. Alexander: [A. VIII, 330 sed hic Alexandrum sequitur etc. — A. X, 388 hoc totum Alexander Polyhistor tradit, quem Lucius Sulla civitate donavit]. — 5. Alexander Aetolus: [A. XI, 532 Al. Aet., poeta, in libro qui inscribitur Musae, etc.] — 6. 7. Alexarchus et Aristonicus: [A. III, 334 sicut Alexarchus, historicus Graecus, et Aristonicus referunt]. — 8. Marcus Antonius: [A. XII, 753 Marcus Antonius refert]. — 9. Atta: [G. I, 43 Atta. Ecl. VII, 33 Atta in Megalensibus. Cf. Ribbeck. com. Rom. frgg.³ p. 161]. — 10. Augustus [A. I, 712 de oratione Augusti . . ., quam habuit in laudatione funeris Marcelli etc. — A. VIII, 696 et Augustus in commemoratione vitae sua refert. — Bucol. IX, 47 hoc etiam Augustus

¹⁾ Scaenicae Romanorum poesis fragmenta secundis curis recensuit O. Ribbeck; vol. II: Comicorum praeter Plautum et Terentium fragmenta; Lips. 1893, p. 168; frgm. III.

²⁾ Cn Naevi de bello Punico reliquiae, ex recensione Ioannis Vahleni, Lips. 1854.

³⁾ Pfau, de numero Saturnio specimen alterum, Quedlinburg, 1864. 4.

in libro secundo de memoria vitae suae complexus est]. — 11. Cassius Hemina: [A. I, 378 alii autem, ut Cassius Hemina, dicunt. — A. I, 421 Cassius Hemina docet. — A. VII, 651 Cassius Hemina tradidit. — A. XII, 603 Cassius Hemina ait]. — 12. Clodius: [A. I, 52 Clodius commentariorum. — I, 176 Clodius scriba ("scribit" legendum?) commentariorum IV. — A. II, 229 Clodius scriba ("scribit"?) commentariorum]. — 13. Fabius Pictor: [A. VIII, 630 Fabius . . . dixit. — G. I, 21 Fabius Pictor hos deos enumerat]. — 14. Fabius Maximus: [A. I, 3 Fabius Maximus annalium primo]. — 15. Hostius: [A. XII, 121 Hostius belli Histrici primo]. — Scriptorum, quos interpolator solus exhibet, numerus augeri potest; neque enim totam qua Servius auctores laudat rationem ab omni parte considerare neque omnia exponere mihi in animo fuit, cum longum sit et quae protuli ea ut interpolatoris apertissima premerem vestigia sufficere videantur. Sed cui vel quibus interpolatoris exempla debeantur, dubii atque incerti sumus, illo quoque plurimis locis auxilio destituti, quo in dignoscendis ceteris uti possumus, ut comparatis aliis reliquiis conjecturam faciamus.

At missis his quaestionibus id profecto effecimus compluribus locis intra uncinos positis permultos praesertim antiquioris aetatis auctores laudari, quos in Servio decurtato nullo modo inveniri constat.

II. Alterum deprendimus genus scriptorum in scholiis Vergilianis, quae Servii nomine feruntur, qui a Servio semel vel bis obiter tantum nullo ipsorum loco vel titulo exhibito, ab interpolatore autem operis titulo adposito saepius usurpantur.

1. Livius Andronicus.

A Servio semel laudatur A. X, 636. Monet hoc loco Servius nominativum singularem "haec nubes", non "nubs" dici, "quod ait Livius Andronicus, qui primus edidit fabulam Latinam apud nos". Eum locum grammatico cuidam deberi quis est qui neget? Sed quod Livii Andronici memoriae addidit: „qui primus etc.“, utrum ipsi Servio tanquam studii atque lectionis antiquae documentum, an eidem grammatico, cui quae praecedunt debentur, tribuamus, disceptare non audemus. Etiam interpolator Livium Andronicum duobus locis testem adhibet: [A. I, 9 Livius in Odyssia "igitur demum Ulixi cor frxit p[ro]p[ter]e pavore"; IV, 37 "Livius Andronicus refert"]. Haec ex antiquis scholiis intrusa esse Servianis veri est simillimum. Odysseae enim Liviana ab Horatii temporibus plane nullus erat usus in scholis. Et a posteriorum grammaticorum lectione carmen illud versu qui dicitur Saturnio conscriptum est remotum, quippe quod difficilis et lectu et intellectu esse videretur. At vetustis commentariis vel eius generis libellis, qui lectionis antiquae exemplis ornati erant, etiam vetustiorum scriptorum testimonia inserta fuisse Nonius Marcellus docet. Ex quibus interpolator depromere sua facillime potuit.

2. Nigidius Figulus.

Nigidius Figulus aequa atque Livius Andronicus semel tantum a Servio laudatur. A. X, 175 Servius "interpres" vocem medianam esse dicit, cum et deorum et hominum sit. Adponit Nigidii testimonium dicentes has artes inter se esse coniunctas, ut altera sine altera esse non possit. Sub finem autem scholii haec adnotat: "Nigidius autem solus est post Varronem, licet Varro praecellat in theologia, hic in communibus litteris: nam uterque utrumque scripserunt". Servium cum de Varrone et Nigidio iudicium faceret non ipsum Nigidium legisse, sed ea quae diceret, ex alio fonte hausisse simili est veri. Atque cum constet Servium Suetonii Tranquilli copiis esse usum, doctas quas de scriptorum vita operibus auctoritate adfert notitias nostro iure ad illum referemus. Sed ad interpolatorem nos convertamus. Qui Nigidium pluribus locis saepius pleno librorum titulo adposito laudat: [A. I, 378] mentio fit deorum penatium adscriptis Nigidii et Labeonis testimoniis; [A. XI, 715.] Nigidii auctoritas laudatur ad vocem "mendax" illustrandam; libri titulus adpositus non iam legi neque erui potest, quia locus corruptus est. Codex Parisinus 7929, olim Floriacensis, ex quo haec additamenta fluxerunt, teste Thilone (I, p. 559) haec habet: "nig[er]ius de terras". Hoc loco, opinor, innitus I. Klein (Quaestiones Nigidianae, Bonnae 1861) dissertationis, quam conscripsit, p. 26 nonam statuit thesin: "Nigidium Figulum scripsisse de terris". Cui assentiri nequeo; etenim "de" ex omissio "di" videtur repetitum esse,

“terras” autem ex “sphaerae” corrumpi facile potuisse nemo non videt. — [G. I, 19] laudatur “Nigidius sphaerae barbaricae”. — [G. I, 47] interpolator Nigidii locum adfert, ut “avarus” et “parcus” vocum significaciones valde inter se discrepare demonstraret. Titulus non legitur. — [G. I, 260] interpolator quid “mature” significet exponit, cum Servius de ea voce hic nullum verbum faciat. Interpolator praeterea pluribus etiam de “maturare” et “properare” vocum significationibus disserit Catone, Aulo Gellio, Nigidio laudatis. Kretzschmer (de Auli Gellii fontibus. Part. I: de auctoribus Gellii grammaticis, diss. Grypisw. Posnaniae 1860, p. 28) cum de Gellii apud Servium servata memoria quaereret, comparatis Gell. X, 11 et [G. I, 260] haec dicit: “Ne hic quidem ad verbum scholiasta Gellii locum expressit, sed varie mutavit. Nigidii locum, ni fallor, et ipsum ex Gellio transtulit et ea quae apud Burmannum tanquam Nigidiana leguntur “quod hinc debet intellegi” sine dubio debentur Gellio”. Ac recte ille quidem de testimonio Nigidiano. Nec tamen, ut totum locum ex Gellio transscrississe interpolatorem sive antiquum scholiastam putem, animus inclinat hisce de causis: Primum utrique pauca sunt communia, contraria plura; tum Gellius (n. a. X, 11, 4—9) praeter Nigidium etiam “Augustum in epistulis” et “Afranium in Titulo” auctores exhibet, interpolator autem praeter Gellii Nigidiique testimonia Catonis de “properare” sententiam prolatam adfert. Deinde summam mihi movent suspicionem Nigidii et Gellii testimonia in fine totius interpolatae expositionis posita. Quamobrem et Gellium et interpolatorem ex communi atque ampliore fonte exceptis paucis utriusque communibus diversa hausisse conicio, posteriore autem tempore interpolatoris scholio Gellii Nigidiique interpretationa ex Gellii copiis assuta esse. — Restat, ut de eis, quos plenis exhibet titulis interpolator, locis Nigidianis dicam. Buc. IV, 10 utrum Diana an Junoni “Lucinae” cognomen dederit poeta, quaeritur. Interpolator addit testimonium “Nigidii de diis libro IV”. — [A. I, 177] citatur “Nigidius de hominum naturalibus IV”. — G. I, 120 Servius haec adnotat: “Fibris autem abusive ait e. q. s.” Interpolatum quod sequitur scholium ex duabus partibus constare luce clarissimum est. In priore enim parte de “fibra” vocis significazione disseritur adpositis duobus exemplis “Cicero in Gabinium” “et in Tusculanis . . .” Dicitur autem sub finem huius partis: “Bene ergo Vergilius . . . fibras dixit”. Qua in re animadvertis, quaeso, quam non concinant haec cum prioribus quae attuli “abusive ait”. Nam licet etiam Servius saepius, cum multorum scriptorum varias proferat sententias, res diversas interdum componat, tamen ut eundem ipsum de eadem re iudicia prorsus contraria fecisse putemus, a nobis impetrare non possumus. Itaque nostro iudicio duobus auctoribus haec deberi et ea, quae uncis inclusa sunt, a Servio non esse profecta iure dicemus. Altera scholii interpolati pars “fibra” voci alteram significationem indit: “Alii herbas adserunt, ut Nigidius commentario grammaticaliter”. Hunc Nigidii locum, ut illum, quem supra tractavimus, praecedenti scholio postea additum esse manifestum est. — G. I, 43 Servius ubi de anno et mensibus exponit, antiquos Romanos “Martium anni principium habere voluisse propter Martem sua gentis auctorem”. Quis horum et sequentium quae Servius facit verborum auctor fuerit, in fine disputationis his indicatur verbis: “Sic Ovidius in fastis”. Cuius auctoritas interpolatori non satisfecit, qui ut sententiam modo memoratam comprobaret, quattuor vetustiorum scriptorum testimonia scholio intrusit: “Nigidius in sphaera graecanica” “Varro epistolicarum quaestionum”. “Atta . . .” “et alibi . . .” Haec exempla ab illa quam Servius Ovidium secutus de mensibus instituit expositione partim abborrent et eius ordinem interrumpunt. Quare ea interpolatori videntur adscribenda. — G. I, 218 Servius de canis stellae ortu atque occasu verba facit, quibus interpolator haec addit: “Nigidius commentario sphaerae graecanicae e. q. s.” — Denique non omittendum videtur esse Nigidii sententias una cum Hygini testimonio coniunctas apud Servium neutro laudato inveniri a Kretzschmero (l. l. p. 77), cum Gellium XVI, 6, 11 et Servium in A. IV, 57 contulisset, optime observatum esse. — Quae noster hauseritne ex Gellii copiis an ex Suetonio, quem a Gellio ubique expilatum esse constat, an ex vetustioribus commentariis equidem non satis dispicio. — Livio Andronico atque Nigidio Figulo tertium adiungamus

3. Lucium Accium.

Servius Accium semel tantum nullo libri titulo adposito commemorat. Dicit euim

A. IV, 404 "Hemistichium Ennii de elephantis dictum, quo antea Accius usus est de Indis". Quod testimonium antiquis commentariis tribuere non dubito. Contra ab interpolatore Accius saepius atque, si tres exceperis locos, plerumque plenis fabularum titulis ad testimonium vocatur. [A. I, 42] interpolator de fulminum generibus disserens confusa oratione "Varronis divinarum quinto", "Etruscorum librorum de fulguratura", "Accii" testimonia perhibet. Hunc locum interpolatum esse ex sequentibus Servii verbis facile cognoscimus. Nam cum interpolator secundum Varronem quattuor deos, paulo post secundum Etruscos libros de fulguratura duodecim deos esse dicat, quibus ut fulmina iacent permissum sit, Servius eosdem, quos interpolator, Etruscorum libros antestatus hoc dicit: "In libris Etruscorum lectum est iactus fulminum manubias dici et certa esse numina possidentia fulminum iactus, ut lovem Vulcanum Minervam. cavendum ergo est, ne aliis hoc numinibus demus". Itaque, licet Servium interdum diversas res ex complurium auctorum libris adferre concedamus, tamen eum tam contraria paecepisse negamus, ut infra tres deos, supra aut quattuor aut duodecim deos esse doceat, quibus fulmina concessa sint, praesertim cum sub finem "ne aliis hoc numinibus demus" expressis verbis monuerit. Quamobrem tres illas sententias ab uno eodemque auctore ortas esse persuadere nobis non possumus. — A. I, 122 Servius de "hiems" vocis significatione exponit; eius verbis intrusum est Accii exemplum. — [A. IV, 641] Accius citatur ab interpolatore, qui de "accelerare" verbi significatione sermonem facit. — [A. VIII, 130] Euandrum Atridis affinitate coniunctum esse demonstratur, cuius rei Accius testis adfertur his verbis: "quod Accius in Atreo plenius refert". Totus his locus, quem ex tribus certe scholiis conflatum esse voces illae decantatae "quidam aiunt", "alii ita tradunt", "alii ita narrant" apertissime demonstrant, interpolatus est. — [A. XII. 605] eorum, quos multis lectionis antiquae exemplis abundare supra diximus, locorum est. Servius hoc loco pro "flavos" antiquam lectionem "floros" habuisse dicit. Interpolator adicit Probum haec adnotasse: "Neotericum erat "flavos"; ergo bene "floros": nam" etc. additis hisce exemplis: "Accius in Bacchis . . . in iisdem . . . Pacuvius in Antiopa". Quod ad rem ipsam attinet, Ribbeckius (prolegomena critica ad P. Vergili Maronis opera maiora p. 139) antiquam et veram lectionem "floros" . . . crinis" in nostris libris tantum non omnibus recentiore lectione "flavos" expulsam a Probo rectissime commendari dicit (cf. praeterea I. Steup, de Probis grammaticis, Jenae 1871, p. 102, 103). Sed qualiscunque res est, totam illam adnotationem, illos lectionis vetustioris flores non a Servio, sed ab interpolatore alicunde, fortasse ex adnotationibus, quas Probum fecisse constat, demessos esse suspicamus. Cui interpolationis suspicioni nostrae succurrit, quod locum non nisi in solo Parisino 7929 (= F. Thilonis, cf. ed. Serv. I, p. XCVII) extare Ribbeckius (Trag. Rom. rel.², p. 168) docet. — [A. I, 44] de variis lectionibus agitur. Interpolator dicit Probum "tempore" legisse, eos autem, qui "pectore" legant, de Accio in Clytemestra translatum esse adfirmare. Hic locus eam ob rem mihi valde suspectus est, quod omnino deest lemma quod dicitur eius vocis, cuius variae lectiones enumerantur. Servius enim nullam, quod equidem meminerim, disputationem instituit, priusquam in eius initio lemma posuit. — [A. 1,88] interpolator (cod. Cass. = C Thilonis) "eripiunt" pro "abstollunt" dici monet; laudatur "Accius in Clytemestra". Neque hic locus, ut id obiter dicam, interpolationis suspicione vacat. — [A. II, 17] legitur "Accius in Deiphobo inscriptum dicit "Minervae donum armipotentes Danai abeuntes dicant". Accii autem exemplum ad ea quae praecedunt nullo modo referri potest. Neque enim in iis quidquam inest, quod inscriptum esse dici potuerit. Itaque non est dubitandum, quin ex antiquioribus et amplioribus commentariis haustum sit, in quibus equo illi Troiano Graecos ad decipiendos Troianos illa verba inscripsisse narratum erat. In Servio autem nihil invenitur, quo ea referantur. Ribbeckius (trag. Rom. fragm.² p. 152) nos conferre iubet Hygini fab. 108: "in equo scripserunt: "Danai Minervae dono dant". Cum interpolator plura quam Hyginus habeat nec tamen dissimilia, utrumque ex communi fonte hausisse conicimus. — [A. V, 40] "Pacuvius in Hermione" et "Accius Pelopidis" testes adferuntur, qui "gratari" a veteribus pro "gratulari" usurpatum esse comprobent. Servius de ea re nihil profert. — [A. IX. 619] de nervo equino disseritur laudato "Accio Philocteta". Totus locus interpolatus est. Idem exemplum teste Ribbeckio (trag. Rom.² p. 206 frg. IX) apud Varronem de I. I. VII, 80 M exstat, eo tantum ab interpolatoris exemplo diversum, quod hic "Reciproca" vocem omisit. ecce nobis fons appetit, ex quo ille hausit. —

A. I, 179 Servius eos, qui verba "et torrere parant flammis et frangere saxo" hysteronproteron esse putent, cum conferant alterum exemplum Vergilianum (G. I, 267), refellit, cum dicit etiam in praesenti fruges ante siccatas frangi; nam maiores cum molis usi non sint, frumenta ante tosta pinsere consuevisse. Qua quaestione iam tractata interpolator denuo disserit de eadem re; dicit enim "alios" hunc versum, ne hysteronproteron videretur esse, aliter explanasse. cuius rei "Accius Troadibus" testis citatur. Itaque est, quod alteram eius disputationis partem a Servio alienam esse putemus. Accedit, quod ea in solo Cassellanico (= C. ed. Thilo) legitur (cf. G. Thilo: *Servii comment. Verg. in Aen. lib. I*, 139 — 200, Progr. Naumburg, 1856, p. 18). Et Cassellanum quidem magnopere interpolatum esse idem Thilo est testis.

At iam vereor, ne verbosius quam necesse videatur esse disputaverim; itaque in singulas res amplius inquirendi labore supersedens locos modo tractatos uno in conspectu omnes confero.

1. Livius Andronicus: A. X, 636 Livius Andronicus. — [A. I, 92. Livius in Odyssia; IV, 37.]

2. Nigidius Figulus: A. X, 175 Nigidius Figulus. — [A. I, 378 Nigidius; XI, 715 Nigidius de terris (?); G. I, 47 Nigidius; G. I, 260 Nigidius; Buc. IV, 10 N. de diis libro IV; A. I, 177 N. de hominum naturalibus IV; G. I, 120 N. commentario grammatical; G. I, 43 N. in sphaera graecanica; G. I, 218 N. commentario sphaerae graecanicae; G. I, 19 N. sphaerae barbaricae.]

3. Lucius Accius: A. VI, 404 Accius. — [A. I, 42 Accius; A. I, 122 Accius; IV, 641 Accius; VIII, 130 A. in Atreo; XII, 605 A. in Bacchis; in iisdem; I, 44 A. in Clytemestra; I, 88 A. in Clytemestra; II, 17 A. in Deiphobo; V, 40 A. Pelopidis; IX, 619 A. Philocteta; I, 179 A. Troadibus].

Quodsi ea, quae ex hac disputationis altera parte concludi licet, paucis complexi erimus, profecto Servium complures in primis priscos scriptores, quorum testimonia nec ipse legerit nec dubito an apud eos, ex quibus hausit, legerit, uno vel altero loco laudare videbimus. Mirum autem est Servium eis ipsis locis plerumque notitias quasdam, quae ad litteras Romanas aut Graecas pertinent, nobiscum communicare, quas cui debeat ipse non indicat. Quamquam cum Servium etiam amplioribus atque vetustioribus fontibus usum esse constet, si illas quas diximus notitias ad Suetonium revocaverimus, haud ita falsi esse nobis videbimus. Interpolator autem illorum auctorum priscorum ipsa verba exhibet saepissime librorum titulis additis. Quod qua fide fecerit quaerere nostrum non videtur esse, quia de tota citandi ratione, qua et Servius et interpolator usi sint, disputare non in animo est.

Thilo autem (in editionis praefatione p. XXXIV) monet, cum loci testimoniorum accurate indicati sint, ipsis quoque testimoniis fidem videri habendam esse. — Neque tamen a quoquam negari posse existimo, id quod hac disputatione effecisse mihi videor, locos Servii decurtati a locis intra uncinos positis magnopere discrepare auctorum laudandorum ratione et interpolatos locos non unius, sed complurium, si minus duorum interpolatorum manibus deberi.

III. Restat, ut de iis scriptoribus disputationem instituam, quorum testimonia et a Servio et ab interpolatore saepius adpositis librorum titulis adferuntur. Quorum ex numero Plautum, Terentium, Varronem, Ciceronem, scriptores vetustioris aetatis tractandos mihi sumpsi. Ne quis me plura promisisse quam praestitisse mihi obiciat, iam a primo id moneo me non in singulas res accuratius inquisivisse, sed numeris in tabulae modum dispositis primum locos Servii genuinos, deinde locos interpolatos attulisse. Atque Plauti, Terentii, Ciceronis locos, in singulos scriptorum libros distributos, contuli, unde tota et Serviana et interpolatae lectionis copia uno conspectu cognosceretur et quot quosque uterque potissimum libros adhibuisset, perspiceretur. Initum autem cepimus a Varrone, qui ubique et a Servio et ab interpolatore hoc solo nomine appellatur. Etiam hic interpolatos numeros uncinis inclusimus.

1. Marcus Terentius Varro.

Aen. I, 22. 52. 172. 246. 277. 382 Nam V. in secundo divinarum dicit. 408. 449. 532. 648. 697. 740. II, 42 V. divinarum quinto. 43 V. ad Ciceronem. 108 V. de ora maritima lib. I. 112 V. de ora maritima libro I. 122. 182. 378. 415 Varro et plures. 448.

505 Varro — V. de lingua Latina ad Ciceronem. 595. 649. 727 V. de vita populi Romani]. — II, 81. 166. 268. [II, 141. 225 V. rerum divinarum libro XIX, cf. adn. Thil. ed. I, p. 257. 512 Varro — idem rerum divinarum libro sexto. 801. 636 V. rerum humanarum]. — III, 12. 256 ut V. in secundo divinarum dicit. 386. 444. 445. 578. [III, 12 Varro et alii complures. 67. 85. 113 sane V. rerum divinarum refert. 148 V. sane rerum humanarum secundo. 167 V. humanarum rerum. 279. 334. 349. 359. 366. 392. 516. 631]. IV, 167. 427. [IV, 45 V. de pudicitia. 56. 59. 166. 219 quod V. rerum divinarum in libro quinto ("quinto" omis. Ambros.) plenius narrat. 682.], V, 4. 45. 80 secundum Varronem in logistoricis. 145. 269. 295. 409 dicit autem hoc V. in libris ad Ciceronem. 411. 412 secundum Varronem in libris de gradibus. 560. 704 quod etiam V. docet in libris quos de familiis Troianis scripsit. 824. [V, 19. V. de ora maritima. 112]. VI, 36 (bis). 72. 74. 216. 224. 273. 304 quam rem a Varrone tractatam confirmat et Plinius. 638 ut V. et Carminius docent. 703 de qua re etiam V. in primo divinarum plenissime tractavit. 733 V. et omnes philosophi. 760 sicut ait V. in libris de gente populi Romani. VII, 176 ut V. docet in libris de gente populi Romani. 563. 601. 657 V. tamen dicit in gente populi Romani. 664. 712. VIII, 51. 128 quod V. in aetis ponit. 233. 322. 564. [VIII, 51. 230. 275. 276 V. rerum humanarum. 285. 330. 363 V. divinarum libro IV. 526 V. de saeculis. 564. 600. 698. 710 V. de ora maritima]. IX, 192. 600 et Cato in originibus et Varro in gente populi Romani. 618. [IX, 4. 8. 52 V. in Caleno. 581. 603 V. rerum humanarum. 710.] X, 173. 174. 894 V. in ludis theatralibus. [X, 13. 76. 145.] XI, 97 V. in libris logistoricis. 787 V., ubique expugnator religionis. [XI, 143. 211. 306 V. et ceteri. 503. 682. 743 V. cum de suo cognomine disputaret.] XII, 7. [XII, 121 V. rerum humanarum. 139 V. ad Ciceronem tertio. 139 V. rerum divinarum quarto decimo. 603 (bis). — Bucol. I, 65. VII, 21 (bis). VIII, 29 V. in aetis (bis). [V, 66. VI, 72. VII, 33 V. de vita populi Romani. VIII, 12. 75. 99.] — Georg. I, in prooemio. 21. 43. 151. 166. 186. 270. 315 V. in libris divinarum. [I, 11 V. ad Ciceronem. 19 V. de scaenicis originibus vel in Scauro. 34. 43 V. epistolicarum quaestionum. 75 V. de lingua Latina (hic locus corruptus est; cf. Thilo, ed. Serv. III, p. 151). 170. 275. 375]. II, 201. 404. III, 1. 18 V. in libris de gente populi Romani. 24. 273. 446. IV, 63 V. in primo libro operis rustici. [IV, 63.]

Isti sunt loci, qui Varronis memoriam repetunt, quos si accuratius perlustraverimus, magna nobis citandi discrepantia eis potissimum locis occurret, quibus librorum Varronianorum tituli adpositi sunt. Sed ut ratio, quae inter Servium et interpolatorem intercedat, primo oculorum obtutu cognoscatur, utriusque locos, quibus librorum tituli laudantur, inter se comparatos subiecimus.

Serviani loci.

- A. I, 382 V. in secundo divinarum.
- A. III, 256 V. in secundo divinarum.
- A. VI, 703 V. in primo divinarum.
- G. I, 315 V. in libris divinarum.

A. V. 409 V. in libris ad Ciceronem.

Loci intra uncinos positi.

- A. I, 42 V. divinarum quinto.
- A. IV, 219 V. rerum divinarum in libro quinto.
- A. VIII, 363 V. divinarum libro IV.
- A. II, 512 V. rerum divinarum libro sexto.
- A. XII, 139 V. rerum divinarum quarto decimo.
- A. II, 225 V. rerum divinarum XIX.
- A. III, 134 V. rerum divinarum.

- A. II, 636 V. rerum humanarum.
- A. III, 148 V. rerum humanarum secundo.
- A. III, 167 V. humanarum rerum.
- A. VIII, 276 V. rerum humanarum.
- A. IX, 603 V. rerum humanarum.
- A. XII, 121 V. rerum humanarum.

- A. I, 43 V. ad Ciceronem.
- A. I, 505 V. de lingua Latina ad Ciceronem.
- A. XII, 135 V. ad Ciceronem tertio.
- G. I, 11 V. ad Ciceronem.
- G. I, 75 V. de lingua Latina.

- A. VI, 760 V. in libris de gente populi Romani.
A. VII, 176 V. in libris de gente populi Romani.
- A. VII, 657 V. in gente populi Romani.
- A. IX, 600 V. in gente populi Romani.
- G. III, 18 V. in libris de gente populi Romani.
- A. V, 80 V. in logistoricis.
A. XI, 97 V. in libris logistoricis.
- A. VIII, 128 V. in aetiis.
Buc. VIII, 29 V. in aetiis.
- A. V, 412 V. in libris de gradibus.
- A. V, 704 V. in libris, quos de familiis Troianis scripsit.
- A. X, 894 V. in ludis theatralibus.
- G. IV, 63 V. in primo libro operis rustici.
- A. I, 727 V. de vita populi Romani.
Buc. VII, 33 V. de vita populi Romani.
- A. IV, 45 V. de pudicitia.
- A. VIII, 526 V. de saeculis.
- A. IX, 52 V. in Caleno.
- A. XI, 743 V. cum de suo cognomine disputaret.
- G. I, 19 X, de scaenicis originibus vel in Scauro.
- G. I, 43 V. epistolicarum quaestionum.
- A. I, 108 V. de ora maritima libro I.
A. I, 112 V. de ora maritima libro I.
- A. V. 19 V. de ora maritima.
- A. VIII, 710 V. de ora maritima.

Hac locorum, quibus Varronianorum librorum tituli adferuntur, comparatione facta rationem citandi Servianam a ratione locorum uncis inclusorum prorsus discernendam esse facile intellegemus; nam magnopere inter se differunt. Atque primum, quaeso, animadvertis Servium semper praepositionem "in" sequente "libro" vel "libris" voce vel ablativo casu titulorum laudandis scriptorum libris praescribere, velut "V. in primo libro operis rustici", "V. in libris ad Ciceronem", "V. in gente populi Romani", librorum autem numeros non nisi in rerum divinarum et rerum rusticarum libris citandis exhibere. At loci uncis inclusi semper librorum titulos omissa praepositione "in" et "libro" aut "libris" voce nudos appellant, ut "Varro de vita populi Romani", "V. de pudicitia", "V. de lingua Latina" etc., aut genetivos titulorum exhibent, velut "V. rerum divinarum", "V. rerum humanarum", "V. epistolicarum quaestionum"; saepius "libro" vox adposito numero adicitur titulo ut "V. rerum divinarum libro sexto", "V. de ora maritima libro I", "V. ad Ciceronem tertio".*) Deinde nos non fugit in Servianis semper "rerum" omitti, his contra locis, si duos [A. I, 42] et [A. VIII, 363] exceperis, ubi "rerum" deest, omnibus semper addi, ubi antiquitatum libri in testimonium vocentur; etenim in Servio semper legimus "in primo divinarum" "in secundo divinarum" "in libris divinarum", contra his locis "rerum divinarum libro sexto", "rerum divinarum", "rerum humanarum" "rerum humanarum secundo". Tum adnotandum videtur exceptis "rerum divinarum" et "de lingua Latina ad Ciceronem" libris, quorum testimonia et a Servio et ab interpolatore adferuntur, utrumque alia Varronis scripta laudari. Quare cum illos in scriptoribus laudandis multum inter se differre locis supra comparatis manifesto demonstrasse mihi videar, locos uncinis inclusos a Servio prorsus aliena esse et interpolatori sive interpolatoribus deberi meo iure iudico. Denique ut perspici posset, quanta Varronis auctoritas et in Servii et in interpolatoris commentario esset, omnes locos consummavimus tabula subiecta.

*) Duo tantum loci sunt excipiendi: [A. IV, 219] "V. rerum divinarum in libro quinto" ubi "in" praepositio sequentibus "libro quinto" vocibus post titulum posita est, et [A. IX, 52] V. in Caleno". Qui loci haud scio an duobus interpolatoribus debeantur, quorum alter iisdem quibus Servius, alter amplioribus fontibus usus est. Idem dicendum est de locis supra memoratis [A. I, 42] et [A. VIII, 363], quibus "rerum" deest.

Summa locorum genuinorum	Summa locorum uncis inclusorum	Summa omnium locorum	
66	60	126	Librorum tituli omittuntur
18	30	48	Librorum tituli adponuntur
84	90	174	

Hac calculorum subductione omnium locorum Varronianorum plus dimidiam partem ab interpolatore profectam esse efficitur. Praeterea Servium in librorum titulis adponendis multo parciorem fuisse inde videmus. Quare aut interpolatorem ex amplioribus fontibus sua hausisse aut Servium in locis exscribendis neglegentiores fuisse putemus necesse est. Servius autem quam non sit multus in Varronianis exemplis, ex eo facile colligitur, quod, si Aeneidos Bucolicon Georgicon libros 12437 versus continere recte computaverimus, centenis sexagenis ternis versibus Vergilianis singula exempla Varronianana, a Servio adlata, tribui poterunt. Atque quibus ex fontibus et Servius et interpolator sua hauserint, nunc iam non nisi coniectura assequi possumus, quamquam permulta exempla ex grammaticorum, permulta ex vetustorum scholiastarum libris et ad Servium et ad interpolatorem migrasse iam per se videtur probabile esse; neque enim utrumque ipsos Varronis libros inspexisse suspicor. Nam interpolator saepius Varronem adiectis aliorum testimonii laudat, ut [A. I, 415] "Varro et plures referunt", [A. III, 12] "Varro et alii complures adfirmant", [A. III, 85] "tradunt multi, inter quos et Varro", [A. III, 113] "alii, sicut Varro et Verrius Flaccus, dicunt", [A. XI, 306] "Varro et ceteri dicunt"; Bucol. VIII, 99 "quod et Varro et multi scriptores fieri deprehensum adfirmant". Quodsi interpolatoris memoriam Varronianam ad vetustiora scholia, ex quibus omissis aliis quae exstabant exemplis Varronianana tantum ad speciem lectionis satis antiquae simulandam ille exscripsit, revocaverim, haud scio an a veritate non aberraverim. Prorsus alia est Servii ratio, quem nonnunquam etiam vetustiorum atque meliorum auctorum copias in usum suum convertisse veri est simillimum. Quapropter Servium magna ex parte commentariis Vergilianis, aliqua ex parte antiquioribus auctoribus, quos ipse legerit, praesertim ubi scriptorum exempla librorum titulis laudatis adferat, sua debere conicio. Atque ne coniecturam nostram nulli fundamento superstruxisse videar, documento mihi sit A. VI, 638, ubi Servius de "amoenus" vocis significatione disserit Varrone et Carminio in testimonium vocatis; dicit enim "ut Varro et Carminius docent". De eadem re Servius iam Aen. V, 734 neutro citato disputaverat. Servio autem Varronem ipsum ad manus fuisse plane abhorret a simili veri; immo Servius Varronis exemplum cum in Carminii commentatoris Vergiliani copiis invenisset, quasi ipse legisset, posuisse aestimandus videtur, cum Carminii nomen ut alterius scriptoris de eodem argumento exponentis adscriberet. Idem Servio accedit, cum Georg. III, 24 de theatro Romano disserens diceret: "quod Varro et Suetonius commemorant". Servium enim Suetonii scrinia saepius compilasse ex Reifferscheid*) quaestionibus, quas de Suetonio instituit, egregiis manifestissime effectum est, cf. l. l. p. 416. 445. — Ceterum a Varrone discedere nequeo, quin Aeneidos libros I. VI. VII. et Georgicon libros II. III. IV. omni vacare interpolatione, contra Aeneidos libros I. III. VIII. et Georgicon librum I. plurimis abundare interpolationibus Servianis dixerim. His de Varrone disputatis iam transeamus ad Plautum.

2. Titus Maccius Plautus.

Singulos locos Servianos, qui ad Plautum spectant, in singulas fabulas distribuimus, ut facile cognosceretur, quas praecipue fabulas et quotiens Servius atque eius interpolator sive auctores, quibus uterque usus est, laudavissent. Etiam Plautum hoc solo nomine testem adferri monendum videtur.

*) C. Suetoni Tranquilli praeter Caesarum libros reliquiae ed. A. Reifferscheid; inest vita Terenti a Friderico Ritschelio emendata atque enarrata, Lips 1860.

1. Amphitruo: A. IV, 229 Plautus in Amphitruone; VIII, 564 P. in Amphitryone. — [A. I, 268. XI, 725. — A. I, 191 P. in Amphitrione. II, 206 P. in Amphitruone. VIII, 127 P. in Amphitryone. Georg I, 208 P. in Amphitruone.]

2. Asinaria: A. IX, 645 P. docet in Asinaria. — [A. X, 785. XI, 361 P. in Asinaria.]

3. Aulularia: A. III, 484. VI, 90. Georg. I, 344 quod autem ait Plautus [in Aulularia]. — [A. III, 46 Plautus Aulularia; Georg. I, 189 ut Plautus ait in Aulularia.]

4. Captivi: —. [A. X, 559.]

5. Curculio: A. VII, 88 Unde est [Plautus in Curculione]. — [A. IV, 194. IV, 424 P. in Curculione; IV. 608 idem (Plautus) in Curculione.]

6. Casina: —. [A. I, 543 P. in Casina.]

7. Cistellaria: —. [A. IV, 424 Idem (Plautus) in Cistellaria. A. X, 615 Plautus in Cistellaria.]

8. Epidicus: —. [A. II, 62. XI, 160 P. in Epidico.]

9. Bacchides: A. VI, 62. 383 nam in Pauto lectum est, cum una de Bacchidibus diceret; II, 13 secundum Plautum . . . , ut in Bacchidibus lectum est. — [A. IX, 327. 373. Georg I, 74. A. X, 493 P. in Bacchidibus. A. XII, 7 P. in Bacchidibus. Buc. VIII, 71 P. in Bacchidibus.]

10. Mostellaria: A. V, 19. IX, 4 secundum Plautum, qui inducit [in Mostellaria]. 363. Buc. I, 58. Georg. III, 497. A. V, 112 sicut Pl. ostendit in Mostellaria. — [A. IX, 693 P. in Mostellaria. X, 231 P. in Mostellaria.]

11. Menaechmi: A. III, 686. — [A. IV, 267 P. in Menaechmis. 373. P. in Menaechmis. VIII, 632 P. in Menaechmis. Georg. I, 137 P. in Menaechmis.]

12. Miles gloriosus: A. VI, 222. XI, 64. G. II, 115. A. XII, 87 Plautus docet, qui ait in milite glorioso. A. IV, 149 sic P. in Pyrgopolinice de muliere. A. XII, 7 P. in Pyrgopolinice. — [A. I, 460. I, 233 P. in milite. I, 543 P. in milite. A. IV, 608 P. in milite. X, 532 Plautine dictum, qui ait in Milite. Buc. IX, 21 P. in Milite.]

13. Mercator: —. [A. I, 136 P. in Mercatore. G. I, 266 P. in Mercatore.]

14. Pseudolus: A. I, 478. 703. II, 51. A. I, 140 De Pseudolo Plauti tractum est, ubi ait — [A. I, 378 P. in Pseudolo. A. IV, 301 P. in Pseudolo. A. IX, 484 P. in Pseudolo (bis). A. IX, 641 P. in Pseudolo. A. X, 231 P. in Pseudolo. A. X, 727 P. in Pseudolo.]

15. Poenulus: A. VII, 715. VIII, 724 quod P. ridet in Poenulo. — [A. I, 16 P. in Poenulo.]

16. Persa: —. [Buc. X, 69. Buc. V, 58 P. in Persa.]

17. Truculentus: —. [A. II, 357.]

18. Addictus: —. [Georg. I, 124 P. in Addicto.]

Praeterea nonnulli loci Plautini incertae sedis adferuntur, velut A. I, 480 et [A. I, 738.]

Ut et Servii et interpolatoris lectio, quanta esset atque ad quas potissimum fabulas pertineret, uno oculorum obtutu cognosceretur, omnes locos in indicem qui sequitur disposuimus.

Fabularum Plautinarum tituli.	Loci, ubi tituli omittuntur.			Loci, ubi tituli adduntur.			Summa omnium locorum.
	Interpolati loci.	Servii loci.	Omnes loci.	Interpolati loci.	Servii loci.	Omnes loci.	
1. Amphitruo	2	—	2	4	2	6	8
2. Asinaria	2	—	2	1	1	2	4
3. Aulularia	—	3	3	2	—	2	5
4. Captivi	1	—	1	—	—	—	1
5. Curculio	1	1	2	2	—	2	4
6. Casina	—	—	—	1	—	1	1
7. Cistellaria	—	—	—	2	—	2	2
8. Epidicus	1	—	1	1	—	1	2
9. Bacchides	3	2	5	3	1	4	9
10. Mostellaria	—	5	5	2	1	3	8
11. Menaechmi	—	1	1	4	—	4	5
12. Miles gloriosus	1	3	4	5	3	8	12
13. Mercator	—	—	—	2	—	2	2
14. Pseudolus	—	3	3	7	1	8	11
15. Poenulus	—	1	1	1	1	2	3
16. Persa	1	—	1	1	—	1	2
17. Rudens	—	—	—	—	—	—	—
18. Stichus	—	—	—	—	—	—	—
19. Trinummus	—	—	—	—	—	—	—
20. Truculentus	1	—	1	—	—	—	1
21. Addictus	—	—	—	1	—	1	1
	13	19	32	39	10	49	81
				13	19	32	
				52	29	81	

Ex hoc indice supra posito plura concludi mihi videntur posse. Primum enim Servium admodum parcum in Plauto laudando fuisse manifestissime patet, quod non nisi tricies fere eum adhibuit, quem numerum si cum Vergili versibus, quos Aeneidos Bucolicon Georgicon libri continent, computaverimus, quadringenis versibus Vergilianis singula Plauti exempla tribuenda esse intellegemus. Parcissimus autem Servius fuit in fabularum titulis adponendis, cum tertia fere pars omnium quos adhibet locorum additis titulis citetur. Deinde Servio fabularum Varronianarum quae dicuntur hasce tantum decem fuisse notas efficitur: Amphitruonem, Asinariam, Aululariam, Curculionem, Bacchides, Mostellarium, Menaechmos, Militem gloriosum, Pseudolum, Poenulum, plurima vero exempla Plautina ex Mostellaria et Milite gloriose adlata. Quodsi et versuum Vergilianorum et fabularum Plautinarum numerum respexerimus, Servium plane non ab eorum partibus stetisse nobis persuadebimus, qui scriptorum antiquioris aetatis ita essent amantes, ut priscas voces priscumque sermonem usurparent. Nec minus omnibus probabitur Servio Plautum nullo modo ad manus fuisse, cum magnam locorum adlatorum partem, quibus de rebus grammaticis sive vocum significationibus disserit — exempli gratia A. III, 359; IV, 229; VI, 90. 383. X, 198; Georg. I, 189 adfero —, grammaticis sive commentariis sine dubio debeat. In interpolatoris contra scholiis duplo fere maiorem exemplorum Plautinorum numerum quam in scholiis Servianis reperimus. Et cum Servius in librorum titulis laudandis admodum parcus sit, interpolator plurimus est; nam tredecim tantum locos omissis, triginta novem locos adpositis titulis adfert. Ceterum interpolatoris memoria latius patet quam Servii; nam praeter fabulas supra, cum de Servio diceremus, memoratas ex sua sive eorum, quorum scrinia compilavit, lectione has adfert: Captivos, Casinam, Cistellariam, Epidicum, Mercatorem, Persam, Truculentum, praeterea Addictum. Utrique et Servio et interpolatori has tres fabulas Varronianas non memoratas esse videmus: Rudentem, Stichum, Trinummum. —

Cum in Terentii et Ciceronis scriptorum laudandorum rationes accuratius inquisissemus, res longe aliter ac supra se habere nobis visa est. Etiam in Terentio tractando omnes locos in singulas fabulas distributos esse monemus.

3. Publius Terentius (Afer).

1. Andria: A. I, 8. 135. 140. 181. 519. 601. 720. II, 1. 3. 12. 60. 357. III, 493. IV, 318. 335 (bis). 590. V, 80. 613. VI, 544. 664. 890. VII, 268. VIII, 84. 412. IX, 230. 693. X, 612. XI, 97. 361. 532. 537. 545. 704. XII, 120. 296. 584. Bucol. II, 14. IV, 10. Georg. I, 96. III, 37. IV, 127. 212. — [A. I, 73. 149. II, 303. 610. III, 261. IV, 415. VI, 11. IX, 426. XI, 183. 373. XII, 25. 342. 618. 694. Buc. VII, 9. 31. Buc. II, 65 Terentius in Andria.]

2. Eunuchus: A. I, 35. 261. 436. 460. 567. 647. 669. 686. II, 155. 196. III, 353. 594. IV, 1. 96. 166. 534. V, 122. VI, 218. 497. VII, 30. 427. 629. VIII, 307. IX, 778. X, 133. XII, 120. Bucol. III, 1. 106. VIII, 43. Georg. I, 57. 287. II, 94. — [A. I, 37. 203. 567. 647. II, 482. 559. IV, 10. 31. 54 ut Terentianum etc. 461. 480. IX, 1. X, 529. XI, 352. XII, 453. 694. Georg. IV, 104. A. II, 424 Idem (sc. Terentius) in Eunicho. 502 T. in Eunicho. III, 216 T. in Eunicho. Georg I, 248 T. in Eunicho.]

3. Heautontimorumenos: A. I, 106. 410. II, 247. 715. III, 595. 670. IV, 133. V, 655. Buc. II, 34. III, 53. Georg. I, 94. 187. A. I, 548 ut in Heautontimorumeno. Buc. X, 19 T. in Heautontimorumeno. — [A. III, 430. IV, 606. XI, 354. XII, 589. A. I, 657 T. in heauton timorumeno. IX, 291 T. in heauton timorumeno. Buc. VI, 58 ut T. in heautontimorumeno. Buc. X, 46 T. in Heautontimorumeno.]

4. Phormio: A. IV, 295. V, 669. VIII, 127. 577. 653. IX, 482. XI, 545. 699. XII, 257. Georg. I, 302. IV, 444 T. in Phormione. — [A. I, 73. 548. X, 285 Terentianum. X, 486. XII, 538. Georg. I, 7. A. I, 392 T. in Phormione. I, 657 T. in Phormione. A. II, 234 T. in Phormione. Buc. VII, 31 T. in Phormione. Georg. I, 248 Similiter et illud in Phormione.]

5. Hecyra: A. I, 92 in Terentio. 267. 377. 410. 502. 644. X, 106. XI, 687. XII, 816. A. X, 532 adeo, ut T. . . . dixerit, ut in Hecyra. — [A. IV, 448. A. IV, 435 T. in Hecyra.]

6. Adelphi: A. I, 208. 399. II, 87. 375. III, 278. IV, 83. 195. 335. 373. 381. 590. V, 343. VII, 49. 556 Illud Terentii. VIII, 127. 632. XI, 152. 788. 801. Georg. I, 369. IV, 460. — [A. I, 6. 233. 445. 605. III, 140. 217. 430. IV, 195. 376. 379. 408. X, 432. XII, 453. A. II, 424 T. in Adelphis. III, 477 T. in Adelphis. X, 567 T. in Adelphis in capite comoediae.]

Fabularum Terentianarum tituli.	Loci, ubi tituli omittuntur.			Loci, ubi tituli adponuntur.			Summa omnium locorum.
	Interpolati loci.	Servii loci.	Omnis loci.	Interpolati loci.	Servii loci.	Omnis loci.	
1. Andria	16	43	59	1	—	1	60
2. Eunuchus	17	33	50	4	—	4	54
3. Heautontimorumenos	4	12	16	4	2	6	22
4. Phormio	6	10	16	5	1	6	22
5. Hecyra	1	9	10	2	1	3	13
6. Adelphi	13	21	34	3	—	3	37
	57	128	185	19	4	23	208
				57	128	185	
				76	132	208	

Itaque indicem compositum secuti Servium saepius Terentii quam scriptorum, quos adhuc tractavimus, lectione delectatum esse videmus. Quo quid facilius potest explicari? Terentius, quippe qui ab omnibus aetatum Romanis sive grammaticis sive rhetoriciis propter lectum atque elegantem sermonem puri sermonis amator appellaretur, etiam a Servio amatus atque magni aestimatus est, cuius rei testis ipse est Servius, qui A. I, 410 hoc de Terentio fert iudicium: "Et hoc proprietatis est, licet usus male ista corrumpat. Sciendum tamen est Terentium propter solam proprietatem omnibus comicis esse praepositum, quibus est quantum ad cetera spectat inferior". Quam laudem, sive suo sive alieno Servius utitur

iudicio, Terentio haud immerito impertiri consensus omnium quorum summa auctoritas est scriptorum — Afranum, Varronem, Caesarem, Quintilianum dico — docet. Neque tamen Servius etiam in Terentianarum fabularum titulis citandis multus fuit, cum in tanto locorum numero vix septem inveniantur, quibus fabularum tituli adpositi sunt. Andriae autem et Adelphon tituli numquam commemorati sunt. Atque plurima quidem exempla ex Andria, Eunuco, Adelphis, pauca ex Hecyra allata sunt. — Interpolatorem prorsus alia atque in scriptoribus, quos supra tractavimus, laudandis ratione in Terentio laudando usum esse cognoscimus. Nam cum interpolatorem in locis et ex Plauto et ex Varrone reliquaque antiquioris aetatis scriptoribus allatis ubiorem quam Servium esse supra animadverterimus, nunc Terentium saepius a Servio quam ab interpolatore testem esse adhibitum videmus. Attame netiam in Terentii fabularum titulis adponendis interpolatorem satis multum fuisse nos non fugit. Restat, ut dicam interpolatorem aequae atque Servium plurima exempla ex Andria Eunuco Adelphis deprompta adferre. Itaque Servium et interpolatorem aut ex diversis fontibus hausisse aut diversa ratione in scriptoribus iisdem excerpens usos esse putabimus. — Denique quae ratio inter utrumque in Cicerone laudando intercedat quaeramus. Etiam Ciceronis exempla in singula opera distribuimus.

4. Marcus Tullius Cicero.

I. Orationes. 1. Pro Quinctio: — [A. X, 48 C. pro Quinctio. — 2. Pro Roscio: G. I, 265 Amerinum oppidum Italiae, cuius crebram in Rosciana facit C. mentionem. — [A. III, 331 C. in Rosciana.] — 3. Pro Fundanio: A. IX, 672 sicut C. in Fundaniana. G. II, 342 quod et C. in Fundaniana commemorat.] — 4. In Verrem: A. I, 24. 176 (bis). 178. 215. 655. 698. A. I, 1 sic C. in Verrinis. A. I, 2 Tullius in Verrinis. A. II, 16, 21. 707 ut in Verrinis. III, 501 C. in Verrinis. IV, 685 C. in Verrinis. V, 49 in Verrinis. V, 203. 287. VI, 273 ut in Verrinis. C. VI, 275. 631. 649. VIII, 78 C. in Verrinis. VIII, 614. X, 481 C. in frumentaria. XI, 704. XII, 352. 395. 717. Buc. V, 36 Ciceronis exemplo, qui ait in praetura. G. II, 76. III, 1 C. in Verrinis, qui in frumentaria . . . G. III, 306 C. in Verrem. — [A. I, 191 C. in Verrinis. II, 203. III, 84 C. in praetura Verrinarum. XI, 496. Buc. VI, 76 C. in Verrinis (bis)]. — 5. De imperio Cn. Pompeii: Georg. III, 64 C. in Pompeiana. — 6. Pro Rabirio: — [A. I, 13 C. pro Rabirio]. — 7. In Catilinam: — A. I, 24. 258. II, 98. III, 341 ut Tullius. 477 ut in Tullio. 515. 576. V, 317. 391. VII, 333. 753. VIII, 483. 653. 668. IX, 437. XII, 95. 437. Buc. I, 17. Georg. III, 228 C. de Catilina. — [A. II, 649.] — 8. Pro Murena: A. II, 131. III, 339 C. in Mureniana. V, 862. VI, 514. Georg. IV, 294. — [A. III, 63 C. pro Murena.] — 9. Pro Archia: — [A. IV, 244 C. pro Archia.] — 10. De domo sua: — [A. VIII, 270 C. in de domo sua.] — 11. Pro Sestio: A. VIII, 634 C. in Sestiana. XII, 100. Georg. I, 165 secundum Tullium. I, 181 C. in Sestiana. — 12. Pro Caelio: Buc. II, 25 C. in Caeliana. — 13. In Pisonem: A. VI, 595 VIII, 139 ut in Pisonem. — [Buc. VII, 2 C. in Pisonem.] — 14. Pro Milone: A. I, 148 Tullius pro Milone. A. III, 416. IV, 490. V, 278. VII, 586. VIII, 275. XII, 714 C. in Miloniana. Georg. II, 384 C. in Miloniana. — 15. Pro Marcello: A. X, 467. — [A. I, 548 C. de Marcello.] — 16. Caesarinae: A. V, 187 C. in Caesarianis. XI, 438 C. in Caesarianis. G. II, 131 C. in Caesarianis. — 17. Pro rege Deiotaro: A. IX, 544 C. in Deiotariana. — 18. Philippicae: A. I, 290 C. in Philippicis. A. I, 306. III, 420 C. in Philippicis. IV, 635 C. in Philippicis. VI, 622 secundum Ciceronem in Philippicis. IX, 254. X, 105 sicut et in Sallustio et in Philippicis legimus. Buc II, 45 C. in Philippicis. VI, 55 C. in Philippicis. IX, 36 C. in Philippicis. — [A. II, 407 C. Philippicarum XI. A. III, 632 C. in Philippicis. III, 647. IV, 348 C. in prima Philippicarum.] — 19. In Gabinium: — [G. I, 120 C. in Gabinium.] — 20. Pro Scauro: G. I, 58 C. pro Scauro. G. I, 174 C. in Scauriana. — 21. Corneliana. — [A. XI, 708 C. in Cornelianis.] — II. Ciceronis opera, quae ad rhetorica pertinent. 1. Rhetorica: VIII, 321 C. in primo rhetoriconum. IX, 479 C. in rhetorics. IX, 611 C. in rhetorics. — 2. De oratore. — [A. I, 176 C. de oratore.] — 3. Brutus, de claris oratoribus. — [A. I, 505 C. in Bruto.] — 4. Orator, ad Brutum. — [A. IV, 482 C. in Oratore. VIII, 395 C. primo libro ad Brutum. — [A. VIII, 408 C. in Oratore.] — III. Epistulae: A. VIII, 168 nam C. per epistolam culpat filium. — IV. Ciceronis opera, quae ad philosophiam pertinent. — 1. De republica: G. II, 157 C. in libris de republica. — [A. 149 C. in de republica. A. X, 325 C. in libris de republica. A. XII, 335 C. de republica.] — 2. De legibus: A. VI, 611 C. in libris legum. — [IX, 274 C. de legibus.] — 3. Hortensius: A. I, 269 Tullius in

Hortensio. I, 331 ut C. in H. III, 284 secundum Ciceronis Hortensium. VIII, 479 ut C. in Hortensio. — [A. VIII, 485 C. in Hortensio.] — 4. Tusculanae disputationes: A. IV, 20 secundum Ciceronem in Tusculanis. VI, 727 C. in Tusculanis. Buc. II, 27 C. in Tusculanis. G. II, 499 C. in Tusculanarum quinto libro. — [A. I, 393 C. in Tusculanis libro I. A. I, 726 C. Tusculanarum. X, 53 C. in Tusculanis. G. I, 120 C. in Tusculanis.] — 5. Dialogus: A. VI, 875 C. in dialogo. — 6. Dialogi: G. I, 72 C. in dialogis. — 7. Timaeus: — [A. IV, 482 C. in Timaeo. G. I, 31 C. in Timaeo. — 8. De deorum natura: A. I, 284. 297 C. in libris de deorum natura. 600 C. in libris de deorum natura. IV, 379 C. in libris de deorum natura. IV, 577 secundum Tullium in libris de deorum natura. VI, 894 C. in libris de deorum natura. — [A. I, 270 C. in deorum natura.] — 9. Cato maior: G. III, 96 C. in maiore Catone. — 10. De divinatione: A. I, 447. VII, 259 in divinatione. XI, 301. — [VIII, 369.] — 11. Oeconomica: A. I, 703 Tullius in oeconomicis; G. I, 43 Ciceronis libro tertio, qui agriculturam continet. G. II, 288 C. in oeconomicis. 412 C. in libris ad filium de agricultura. — 12. De auguriis: A. V, 738 C. in auguralibus. — V. Ciceronis carmina. — 1. Aratea: A. III, 22 C. in Arato. G. I, 111 C. in Arato. — 2. Elegia (alia masta? cf. Thilonis adn. ed. Serv. III, 1, p. 13): Buc. I, 58 C. in elegia, quae † alia masta inscribitur.

Operum tituli.	Tituli omittuntur.			Tituli adduntur.			Summa omnium locorum.
	Interpolati loci.	Servii loci.	Omnès loci.	Interpolati loci.	Servii loci.	Omnès loci.	
I, 1. Pro Quinetio	—	—	—	1	—	1	1
2. Pro Roscio	—	—	—	1	1	2	2
3. Pro Fundanio	—	—	—	—	2	2	2
4. In Verrem	2	20	22	4	12	16	38
5. De imperio Cn. Pompeii	—	—	—	—	1	1	1
6. Pro Rabirio	—	—	—	1	—	1	1
7. In Catilinam	1	18	19	—	1	1	20
8. Pro Murena	—	5	5	1	1	2	7
9. Pro Archia	—	—	—	1	—	1	1
10. De domo sua	—	—	—	1	—	1	1
11. Pro Sestio	—	2	2	—	2	2	4
12. Pro M. Caelio	—	—	—	—	1	1	1
13. In Pisonem	—	1	1	1	1	2	3
14. Pro Milone	—	5	5	—	4	4	9
15. Pro Marcello	—	1	1	1	—	1	2
16. Caesarianae	—	—	—	—	3	3	3
17. Pro rege Deiotaro	—	—	—	—	1	1	1
18. Philippicae	1	1	2	3	8	11	13
19. In Gabinum	—	—	—	1	—	1	1
20. Pro Scauro	—	—	—	—	2	2	2
21. Cornelianae	—	—	—	1	—	1	1
II, 1. Rhetorica	—	—	—	—	3	3	3
2. De oratore	—	—	—	1	—	1	1
3. Brutus	—	—	—	1	—	1	1
4. Orator, ad Brutum	—	—	—	2	1	3	3
III, Epistulae	—	1	1	—	—	—	1
IV, 1. De republica	—	—	—	3	1	4	4
2. De legibus	1	—	1	1	1	2	3
3. Hortensius	—	—	—	1	4	5	5
4. Tusculanae disputationes	—	—	—	4	4	8	8
5. Dialogus	—	—	—	—	1	1	1
6. Dialogi	—	—	—	—	1	1	1
7. Timaeus	—	—	—	2	—	2	2
8. De natura deorum	—	1	1	1	6	7	8
9. Cato maior	—	—	—	—	1	1	1
10. De divinatione	—	2	2	1	1	2	4
11. Oeconomica	—	—	—	—	4	4	4
12. De auguriis	—	—	—	—	1	1	1
V, 1. Aratea	—	—	—	—	2	2	2
2. Elegia	—	—	—	—	1	1	1
	5	57	62	34	72	106	168
				34	72	106	168
				39	129	168	

Pauca habemus, quae huic indici subiciamus. Ciceronem omnium scriptorum Romanorum, quorum Servius adfert testimonia, plurimis locis laudatum esse, si reliquos auctores comparaveris, non negabis. Ac mirum quidem est, quod Servius, quem omnino in librorum titulis laudandis parcissimum esse demonstravimus, plurimis Ciceronis locis titulos adposuit; saepissime autem orationes Verrinae plenis titulis ponuntur. Orationum enim lectione Servius maxime delectatus in primis Verrinas, Catilinarias, Milonianam, Murenianam, ut cum Servio loquar, laudat. Ex reliquorum Ciceronis operum numero Rhetorica, Hortensius, Tusculanae disputationes, Oeconomica saepissime exhibita sunt. Atque ut Servii ratio citandi penitus cognoscatur, non tacemus Servium in orationibus citandis plerumque adiectivo a nominibus propriis derivato usum esse, ut "C. in Sestiana, Scauriana, Rosciana, Deiotariana, Fundaniana, Mureniana, Caeliana, Miloniana, in Verrinis Philippicis, Tusculanis", quater tantum haec posuisse: "C. pro Scauro, p. Milone, in Pisonem in Verrem". Alia est Servii ratio in reliquis Ciceronis operibus adferendis, quibus "in libro" aut "in libris" praemisit, velut "in libris de republica, in libris de deorum natura, in libris legum", vel "in" praepositionem cum ablativo ipsius tituli coniunctam addidit, ut: "C. in Arato, in maiore Catone, in Oeconomicis, in Hortensio". Simili ratione tantum non omnes orationes laudat. In librorum vero numeris adiciendis Servium fuisse parcissimum etiam exempla ex Cicerone petita docent, quorum ex numero haec quattuor tantum accuratius exhibentur: "C. libro tertio Oeconomicorum, in primo Rheticorum, in primo libro Verrinarum, in Tusulanarum libro quinto". Ceterum Servius Ciceronem plurimis locis hoc solo nomine appellat, undecim locis (A. I, 2. 148. 203. 269. 576. 703. II, 341. III, 284. 376. V, 546. G. I, 165) "Tullium", uno tantum loco (A. I, 203) "Tullium Ciceronem" appellat. Denique non possum non commemorare a Servio orationes illas, a Cicerone coram Caesare sive domi sive in senatu habitas: "Pro Marcello, p. Ligario, p. rege Deiotaro" communi titulo, "Caesarianas" appellari. Nihilominus noster locum orationis "Deiotarianae" adfert. Ex quo concludimus tribus illis orationibus, uno volumine una editis, Caesarianis commune nomen olim fuisse easque omissis ipsorum titulis ex numeris titulorum loco adiectis ita numeratas esse: "Caesariana prima, altera, tertia", easdem vero orationes proprio ornatae titulo separatim editas esse. Itaque cum Servius dupli citandi ratione utatur, hanc quaestionem ita dirimendam esse puto, ut Servium ex duobus diversis fontibus sua hausisse dicam. — Etiam in Cicerone laudando interpolatoris ratio mirum in modum differt a Servio. Nam ille minorem locorum numerum ex Ciceronis quam ex reliquorum quos tractavimus scriptorum, Plauti, Varonis, Terentii operibus exscripsit. Neque tamen vel in Ciceronis operum titulis exhibendis interpolatorem parciorem fuisse intellegimus, cum ex tanto locorum quos citavit numero tantum quinque exemplis tituli desint. Interpolator duodeviginti scriptorum Ciceronis, quae Servius commemoravit, titulos non laudat, novem autem Ciceronis libros adfert, quorum tituli apud Servium non leguntur. Orationes duae tantum apud interpolatorem nobis obviam fiunt adiectivo nomine laudatae "in Rosciana, in Cornelianis". Reliqui loci aut praefixa "in" praepositione, quam tituli ipsius casus ablativus sequitur, adferuntur, ut "C. in maiore Catone, in Oratore, in Hortensio, in Timaeo, in Divinatione, in Verrinis etc.", aut nudis titulis adpositis citantur, ut "C. de Oratore, Pro Rabirio, in Gabinium, De divinatione, De legibus" etc. Duo praeterea loci memorabiles videntur esse, quibus Cicero praecisis, ut ita dicam, "libro" vel "libris" vocibus sic laudatur, ut duae praepositiones inter se concurrant, velut "C. in de Republica, in de Domo sua", id quod noster nullo loco. Restat, ut Ciceronem hoc solo nomine ab interpolatore nuncupari dicam.

Quodsi rationum a nobis institutarum summas fecerimus, Servium in scriptoribus in primis vetustioris aetatis laudandis haud ita multum, parcissimum vero in titulis adponendis fuisse nobis persuadebimus. Ac si quis ex nobis quaesierit, Serviusne exempla atque explanationes ita, ut ipse exhibeat, in fontibus ex quibus hausit, comparata invenerit, an ipse illa, quae apud auctores ampliora atque pleniora legebatur, circumcidet, nos Servium quae pleniora apud auctores invenit, ea contraxisse atque eorum summas tantum attigisse respondebimus. Neque enim sermo verbosus copiosusque eiusmodi commentariis conveniebat, qui, ut natura rei ferebat, cum ad tam multos versus Vergilianos extenderentur, iam per se satis ampli essent. Deinde Servium ipsum sermonis quadam brevitate eleganti ubique usum esse animadvertisimus. Exemplorum autem adferendorum ratio Serviana ab hominum doctorum illius aetatis usu non abhorret, qui operum et titulis et numeris omissis

aut neglegentia aut inscitia commoti scriptorum tantum nomina laudasse plerumque satis habebant. Quamquam non idem in omnes, quos Servius in testimonium vocavit, scriptores valet, cum paucos quosdam plenis adpositis titulis exhibeat — Suetonium, Gellium, Plinium, Caprum autem omnes dico — quos Servio ad manus fuisse suspicamus. Interpolator autem primum multorum auctorum exempla Servio intrusit, quorum memoria apud Servium plane nulla exstat; tum complurium magnae vetustatis poetarum exempla plenis adiectis titulis assuit, quos Servius manibus non tenuit, quorumque ille nihil nisi notitias quas dicimus litterarias praebet. Denique iisdem, quos et Servius et interpolator laudant, scriptoribus hic plura suppositicia inseruit, eo satis insignia, quod veterorum auctorum exemplis adlatis interpolator titulos adposuit, raro addidit in scriptorum recentionis aetatis operibus laudandis. Quare cum utriusque scriptorum laudandorum ratio diversa sit, interpolatoris exempla a Servio abiudicanda esse putamus, licet iis multa antiquioris meliorisque lectionis atque doctrinae insint frustula; neque enim Servii genuina sunt. Quorum quid singulis codicibus, quid veteribus commentariis vel exemplorum collectionibus tribuendum sit, incertum est. Quare laus nimia, quam veteres viri docti Servio propter antiquae lectionis copiam tribuerunt, cum nemo acrius in eam rem inquisivisset, aliqua ex parte resecanda erit. Servius enim, licet omnium, de quibus disserit, argumentorum satis doctas atque egregias explanationes praebat, tamen lectione antiqua hand ita multo suae aetatis grammaticos superat. Interpolatoris quidem frustulis desectis Servio vetustatis illius robigo nobilis, a viris doctis celebrata, et muscus honestus abstergentur atque abraduntur, sed pari ratione sermonis sententiarumque inaequalitas atque dissimilitudo, Servio semper opprobrio datae, tolluntur ita, ut sermo concinnior efficiatur. Quamquam etiam Servium quem dicimus decurtatum modo breviore atque elegantiore, modo pleniore atque magis vulgari usum esse sermone nos non fugit. Quod ipsis an scriptoribus, quos exscripsit, tribuendum sit, nunc iam disceptare non audemus, cum ad eam quaestionem dirimendam accuratiore opus sit disquisitione.



Hortensio. I, 331 ut C. in Hortensio. — [A. VIII, 485 secundum Ciceronem in Tusculanae disputationes: A. II, 499 C. in Tusculanae disputationes: A. X, 5. 726 C. Tusculanarum. X, 5. A. VI, 875 C. in dialogo. — IV, 482 C. in Timaeo. G. C. in libris de deorum natura. IV, 577 secundum C. in libris de deorum natura. — [A. I, 10. De agricultura. — maiore Catone. — 10. De agricultura. — 11. Oeconomica libro tertio, qui agriculturam de agricultura. — 12. De auguriis. — 1. Aratea: A. III, 22 C. in Thilonis adn. ed. Serv. III,

Operum tituli.	Int lat
I, 1. Pro Quinctio 2. Pro Roscio 3. Pro Fundanio 4. In Verrem 5. De imperio Cn. Pompeii 6. Pro Rabirio 7. In Catilinam 8. Pro Murena 9. Pro Archia 10. De domo sua 11. Pro Sestio 12. Pro M. Caelio 13. In Pisonem 14. Pro Milone 15. Pro Marcello 16. Caesarianae 17. Pro rege Deiotaro 18. Philippicae 19. In Gabinum 20. Pro Scauro 21. Cornelianae	
II, 1. Rhetorica 2. De oratore 3. Brutus 4. Orator, ad Brutum	
III. Epistulae	
IV, 1. De republica 2. De legibus 3. Hortensius 4. Tusculanae disputationes 5. Dialogus 6. Dialogi 7. Timaeus 8. De natura deorum 9. Cato maior 10. De divinatione 11. Oeconomica 12. De auguriis	
V, 1. Aratea 2. Elegia	



Hortensium. VIII, 479 ut C. in disputationes: A. IV, 20 Buc. II, 27 C. in Tusculanis. — in Tusculanis libro I. A. I, Tusculanis.] — 5. Dialogus: — 7. Timaeus: — [A. um natura: A. I, 284. 297 tura. IV, 379 C. in libris de natura. VI, 894 C. in libris Cato maior: G. III, 96 C. in in divinatione. XI, 301. — nomicis; G. I, 43 Ciceronis cis. 412 C. in libris ad filium V. Ciceronis carmina. — . Elegia (alia masta? cf. uae + alia masta inscribitur.

li adduntur.		Summa omnium locorum.
Servii loci.	Omnis loci.	
—	1	1
1	2	2
2	2	2
12	16	38
1	1	1
—	1	1
1	1	20
1	2	7
1	1	1
—	1	1
2	2	4
1	1	1
1	2	3
4	4	9
—	1	2
3	3	3
1	1	1
8	11	13
—	1	1
2	2	2
—	1	1
3	3	3
—	1	1
—	1	1
1	3	3
—	—	1
1	4	4
1	2	3
4	5	5
4	8	8
1	1	1
1	1	1
6	7	8
1	1	1
1	2	4
4	4	4
1	1	1
2	2	2
1	1	1
5	57	62
	34	72
	34	72
	39	129
	106	168
	106	168
	39	168